Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



134
232

19

omis in moyse baptizati sunt in nube et in mari
et omis eundem escam spalem manducauerunt. et omnes
eundem potum spalem biberunt. Bibebant autem
de spiritali sequente eos petra. Petra autem erat xpc.
Nullo t: d. i. d. s. p. n: Secm Mathm
Simile est regnum celorum homini patrifamilias:
qui exiit primo mane conducere operarios in uineam
suam. Conuentione autem facta cum operariis ex denario
diurno: misit eos in uineam suam: et egressus
circa horam tertiam uidit alios stantes in foro ociosos:
et dixit illis: Ite et uos in uineam meam: et quod iustum
fuit dabo uobis: Illi autem abierunt: Iterum autem
exiit circa sextam et nonam horam: et fecit similiter.
Circa undecimam uero exiit: et inuenit alios stantes
et dicit illis: Quid hic statis tota die ociosi?
Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dicit illis:
Ite et uos in uineam meam. Cum autem sero factum
esset: dixit dominus uineae procuratori suo: Voca operarios: et redde illis mercedem: incipiens a nouissimis usque ad primos: Cum uenissent qui circa undecimam horam uenerunt: acceperunt singulos denarios. Venientes autem et primi: arbitrati sunt quod plus essent accepturi: Acceperunt autem et ipsi singulos denarios: Et accipientes murmurabant adu